



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 44. Senatus datis literis a Maria ad deferendum ipsi obsequium  
Sollicitatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

dum quamdam foeminam, cujus antea <sup>Sæcul. XVI.</sup>  
vix memoria erat, Reginam proclamari <sup>A.C. 1553.</sup>  
audirent, unde illius inaugurationi fer-  
me nemo applaudebat.

## §. XLIV.

*Senatus datis literis a Maria ad de-  
ferendum ipsi obsequium solli-  
citus.*

Eadem die allatæ sunt Mariæ Princi- <sup>Thu. l. 131</sup>  
pis literæ, quæ in Senatu in Lon-  
dinensi Turri habito prælegebantur;  
ibidem enim Northumbriæ Dux Sena-  
tores inclusos tenebat, veritus, ne am-  
pliori libertate potiti datam ei fidem vio-  
larent, vi cujus præter Joannam nemini  
fese suffragaturos pollicebantur. Cete-  
rum Maria in præfatis literis hæc ad  
Consiliarios perscribebat. „Ad me tan-  
quam regni hæredem veniatis volo,  
debitumque mihi tanquam Reginæ ob-  
sequium præstetis; cum jam ab universa  
ferme Anglia veluti legitima vestra Re-  
gina agnoscar.“ Perlectis hisce literis  
Senatores Joannæ addicti, cum totam  
Norfolciæ Provinciam in Mariæ fidem  
jurasse, populumque ferme ubique ei-  
dem adhærere cernerent, necnon metue-  
rent, ne propediem Londini etiam tu-  
multus concitarentur, hinc instanti malo  
obviaturi nomine Joannæ, tanquam Re-  
ginæ quoddam divulgabant diploma, in  
quo



Sæc. XVI  
A.C. 1553.

quo eam etiam appellabant supremum  
Ecclesiæ Anglicanæ, ac Hibernienſis  
caput, quem titulum ſibi olim Henri-  
cus VIII. ac dein Eduardus arrogabant.  
Eo in diplomate cuncta ea, quæ ad Ma-  
riæ, & Elifabethæ ſtatum pertinent, ſuæ  
explicantur, atque inter cetera hæc pro-  
feruntur. „Maria ex illegitimo matri-  
„monio nata eſt: Elifabetha autem or-  
„tum duxit, ex Matre impudica, quæ  
„ob adulterium ſecuri percuffa fuit, proin-  
„patet, quod neutra, cum Eduardo ul-  
„timo regi non germanæ, ſed conſanqui-  
„næ tantum ſorores ſint, legibus regni  
„ad ſucceſſionem ipſius admitti poſſit:  
„quamvis Henrici teſtamento, & edicto,  
„quod anno trigefimo quinto regni ejus  
„fuerat promulgatum, poſt Eduardi  
„mortem ad ſucceſſionem vocentur.  
Dein expoſito jure, quod Joannæ tan-  
quam ex Henrici VIII. ſore proſenitæ,  
ad Angliæ regnum competit, atque  
hujus Regiæ voluntatis teſtimonia pro-  
feruntur, ac mandatur omnibus, ut  
eam, quam legitimo Principi ſubditi  
debent, fidem Joannæ exhibeant. Id  
manu ipſius Joannæ ſubſcriptum, & re-  
gni Sigillo firmatum fuit, cum ſolemnit  
hac clauſula. *Deus reginam ſervet.* „Hæc  
in urbe & extra urbem a Præconibus  
per quinque leucas promulgantur;  
nam ulterius illis progredi non licuit,  
eoquod



eo quod populus jamjam tumultum ciere inciperet, palamque legitimum jus soli Mariæ competere pronuntiaret.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1553.

§. XLV.

*Senatorum responsum ad Mariæ epistolam.*

Postmodum Senatores verbis huic diplomati vix non omnino correspondentibus ad Mariæ literas responsum dabant, hæc significantes: „Joanna „Graja juxta veteres regni leges, ac „Eduardi edicta abs dubio legitima est „Angliæ hæres, cui omnes fidei obsequium integre præstare tenentur: cum „Catharinæ Arragoniæ Matris tuæ matrimonium cum Henrico VIII. per Curie Ecclesiasticæ sententiam, nec non „ad mentem legis divinæ, ac Regni Constitutiones irritum fuerit declaratum, „pluresque Academiæ, ac celebriores „Europæ Universitates ejusdem quoque „fuerint opinionis, ac denique Cantuariensis Archiepiscopi sententia sæpius „ab ipso Regno Senatu confirmata fuerit; unde patet, quod tu minime ex legitimo thoro suscepta sis, nec etiam successionis jure potiri valeas, unde te hortamur, quatenus a prætensis tuis jurebus desistere, nec etiam regnum turbare, velis: si itaque intra debitæ submissionis limites te continebis, nos semper, „  
tuis